



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 72. Pacis conditiones a rege incassum rebellibus suis subditis
propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

§. LXXII.

Sæc. XVII.
A. C. 1645.*Pacis conditiones a Rege incassum rebellibus suis subditis propositæ.*

Interim non pauci Londinenses, qui Regi adhucdum adhærebant, datis ^{Rapin. l. c.} literis eidem significabant, diffidiis inter Presbyterianos & Independentes indies invalescentibus, honestæ pacis spem affulgere: Horum consiliis acquiescens Rex, missis ad utramque Curiam Legatis ad pacis negotiationem sese promptum obtulit, ac pro suis Deputatis literas publicæ fidei & securitatis concedi petiit: verum Parlamentarii Regem suum nequidem responso dignabantur; instat rursus & tertio Rex, ut vel suis præfatas literas concederent, vel ut ipsemet Londini vel Westmonasterii de pace agere valeret, ^{p. 576.} permetterent; pollicebatur insuper, quod ipsis tam Ecclesiæ quam militiæ res pro suo arbitrio instruendi libertatem relinquere velit: nihilominus non modo repulsam tulit, sed etiam Senatores eidem insinuare ausi fuere, quod eidem ad Parlamentum accedendi facultatem dare non possent, eo quod profuso copioso sanguine adhucdum unacum Filio suo tam in Anglia, quam in Scotia armatus Hibernos Catholicos & rebelles

in

Sæc. XVII. in suo exercitu haberet, pluresque æ
A. C. 1645. que ac exteros ad sua signa pertrahere
 moliretur: nulla igitur pacis spes reli-
 qua foret, nisi Rex ad omnes condi-
 tiones sibi præscribendas consensum
 suum, necnon congruam Parlamento
 satisfactionem, & a futura vexatione
 securitatem præstiturus esset. Tam
 insolens responsum Regi stomachum
 movebat, qui confutatis omnibus sibi
 imputatis, ad sua petita certum respon-
 sum sibi dari postulavit.

§. LXXIII.

*Carentoniense Calvinistarum Conci-
 liabulum.*

Aymon Sy- Jam anno priori Calvinistæ in Francia
nod. Nat. a Ludovico Rege vigesimam octa-
des Reform. vam Synodum Nationalem pro Mense
t. 2. p. 624. Decembri celebrandi facultatem im-
 petrauerant, cui etiam die vigesima
 sexta ejusdem Mensis initium fecere,
 Carentonium confluentibus plusquam
 sexaginta Prædicantibus, & Seniori-
 bus. Intererat nomine Regis Calvi-
 montius, qui eisdem inhibuit, ne de
 aliis rebus, quam doctrinæ & discipli-
 næ suæ articulis, agere, vel ad hoc
 conciliabulum alios Prædicantes, præ-
 ter ad hanc Synodum regiis literis de-
 putatos, admittere, vel durante Sy-
 nodo